



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Voluminibus Comprehensus

Tractatus de Sacramentis in genere, de Baptismo, de Confirmatione, de
Eucharistia, de Pœnitentia, de Extrema-Vnctione, de Ordine & de
Matrimonio

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniae Agrippinae, 1671

§. II. Solvuntur objectiones Hæreticorum, & à quo, & quando,
Sacramentum Extrema Vnctionis institutum fuerit, breviter explicatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77185](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77185)

bilis, quæ non esset effectus Spiritus sancti.

6. Probat secundum conclusio autoritate, & traditione veterum Patrum, & Consiliorum, qui Extremam-Uñctionem Sacramentum vocant, & cæteris Ecclesiæ Sacramentis verè ac propriè dictis annuerant. In primis enim Tertullianus antiquissimus author lib. 1. contra Marcionem, Baptismi, Extremæ-Uñctionis, & Eucharistiæ mentionem facit, his verbis: *Nec aquam* (Christus) *reprobavit quæ suos abluunt, nec oleum quo suos unxit, nec mellis & lactis societatem, quæ suos insantat, nec panem quo ipsum suum corpus representat.* Augustinus etiam lib. 5. de Baptismo cap. 20. quatuor agnoscit Sacramenta novæ legis, nempe Baptismum, Extremam-Uñctionem Eucharistiam, & Pœnitentiam, ait enim: *Si ad hoc valet quod dictum est in Evangelio, ut per peccatorem Sacramenta non celebrentur: quomodo exaudiat homicidam deprecantem vel super aquam Baptismi, vel super oleum, vel super Eucharistiam, vel super caput eorum quibus manus imponuntur? nimirum per reconciliationem?* Et serm. 215. de tempore ante medium, Extremæ-Uñctionis usum & effectum Sacramentalem commendat, his verbis: *Quoties infirmitas aliqua supervenerit, corpus & sanguinem Christi ille qui egrotat accipiat, & inde (scilicet) corpusculum suum unget, ut illud quod scriptum est impleatur in eo, infirmetur quis ex vobis &c.* Et expressius Author tractatus de rectitudine Catholicæ fidei, inter ejus operatorem 9. *Qui egrotat, in sola Dei misericordia confidat, Eucharistiam cum fide & devotione accipiat, pleniusque benedictum ab Ecclesia petat, unde corpus suum ungetur, & secundum Apostolum oratio fidei salvabit infirmum.* Sic etiam inter Græcos Chrysostomus lib. 3. de sacerdotio, ex eodem Jacobi loco probat Sacerdotes non solum cum nos regenerant, sed & postea potestatem habere indulgendi peccata, cum nos unguunt. Item Innocentius I. Augustini contemporaneus, & ab eodem nec non à Chrysostomo & Hieronymo mirificè commendatus, interrogatus à Decentio Eugubino Episcopo, utrum Extrema-Uñctio danda esset pœnitentibus quibus cætera Ecclesiæ Sacramenta negabantur? Sic respondet in Epistola ad ipsum scripta cap. 8. *Pœnitentibus istud infundere non potest (oleum scilicet Extremæ-Uñctionis) quia genus est Sacramenti: Nam quibus reliqua Sacramenta negantur, quomodo unum genus putatur posse concedi?* Petrus Damianus serm. 1. in Dedicatione Ecclesiæ: *Tertium (inquit) Sacramentum est unctio infirmorum.* Demum D. Bernardus in vita S. Malachiæ, circa finem, refert illum in fine vitæ hoc Sacramentum postulas.

7. Addo consensum Ecclesiæ Græcæ cum Latina, nam in Consilio Florentino, ex utraque Ecclesia Græca & Latina coacto, Extrema-Uñctio inter novæ legis Sacramenta numeratur, ejusque materia, forma, proximum subiectum, & minister recensentur. Et Nicolaus Cabasilas in compositione Liturgiæ cap. 29. agnoscit Extremam-Uñctionem esse verum Sacramentum, sic enim ait: *Peccatorum remissionem & ultimum olei Sacramentum perficit Sacerdotum oratio; & hoc Apostolicam traditionem habere addit, probatque ex verbis Jacobi supra adductis.*

8. Ex his liquet mentiri Kemnitium, aliosque Sectarios, dum dicunt Extremam-Uñctionem institutam fuisse à Felice IV. nam Innocentius I. eo longè antiquior, & alij Patres supra relati, ex-

A preflam illius mentionem fecerunt, & Consilium Nicænum primum can. 69. Arabico, metens olei infirmorum, ipsumque à Chrismate & Catechumenorum distinguit, cum fiat: *Trid. ad hoc anno debet. Sacerdos benedicere aquam & oleum, non sicut fit in Baptismo, neque sicut benedixit Chrismata, sed sicut oleum infirmorum.*

His accedit ratio congrua, infirmis à Tridentino sess. 14. tradendo doctrinam de Sacramentis Extremæ-Uñctionis. Cum enim articulis mortis multis de causis sithomini formidabilis, tum propter conscientiam peccatorum totius, tum præteritæ, & timorem divini iudicii; tum propter tentationes Dæmonis fortius tunc infirmis, quia modicum tempus videt se habere, ac deum propter ipsius morbi gravitatem, & mortis imminentis horrorem, infinitam Christi bonitatem & curam ac providentiam quam de nostra salute habet, maxime decuit, ut Sacramentum illud institueret, tum ut eius virtute infirmis peccata relaxaret, ac molestias morbi patienter ferendas; tum ut fortiores fierent ad tentationes eo tempore occurrentes superandas, tum denique, ut si forte aliqua haberent peccata immemoriter ignorata, efficaciam illius remitteretur. Quam rationem eleganter Tridentinum loco citato, his verbis expressit: *Clementissimus Redemptor noster, qui servis suis quovis tempore voluit de salutaribus remediis adversus omnia omnium hominum tela esse præstitutum, quemadmodum auxilia maxima in Sacramentis aliis præparavit quibus Christiani conservant se integros dum viverent ab omni graviore Spem commodo possint: ita Extrema-Uñctionis Sacramentum finem vitæ tanquam firmissimo quodam præsidio munivit: Nam etsi adversarius noster occasiones per vim vitam quærat & capiet, ut devotæ animæ intras quoque modo possit, nullum tamen tempus desperare, ut illius per suam suavitatem incedat ad per dandos nos penitus, & a fiduciæ ratione (scilicet) misericordia divina deturbandos, quam cum impendit nobis exitum vitæ perspicit.*

D §. II.

Solvuntur objectiones Hæreticorum, & à qua, & quando, Sacramentum Extremæ-Uñctionis institutum fuerit, breviter explicatur.

Obijciunt primò Calvinistæ: Unctio de qua loquitur D. Iacobus, erat solum ad curationem corporis, per donum miraculorum, quod tunc erat in Ecclesiâ: Ergo non erat verum Sacramentum. Consequentia patet, Antecedens sic probant. Eandem Iacobus præscribat unctionem, ac ea de qua loquitur Marcus cap. 6. quando dicit loquens de Apostolis à Christo ad prædicandum missis, quod *ungebant oleo multos agros & sanabant*: Sed unctio ista erat tantum curatio, non verò Sacramentalis: Ergo & illa.

E Respondeo negando Majorem, Apostolus enim expressè loquitur de remissione peccatorum, ut patet ex illis verbis, *si in peccatis sit, remittentur ei*: Ergo non loquitur tantum de curatione corporis per donum miraculorum. Ad probationem in contrariam, nego etiam Majorem, nam unctio de qua loquitur Iacobus, debet fieri per Sacerdotes, ut constat ex verbis illis, *inductis Presbiteris Ecclesiæ, & orant super eum*: cum vero Discipuli Marci 6. ungebant multos agros; non erant Sacerdotes, sed diu post prædicaverunt mortis Christi, etenim in nocte cenæ primæ Sa-

cerdotes Evangelici instituti fuisse. Item unctio illa quæ Marci 6. Apostoli utebantur ad ægros sanandos, indiscriminatim applicabatur omnibus tam fidelibus quam infidelibus; imo præcipue instituta fuisse videtur propter infideles, ut hi per miracula quæ experiebantur in corpore, converterentur ad fidem: unctio vero de qua loquitur Iacobus non nisi fidelibus baptizatis adhiberi debet, ut docet Innocentius I. Epistolâ supra citatâ ad Decentium Episcopum Eugubinum, & colligitur ex verbis illis Apostoli, *infirmatur quis in vobis*, hæc enim verba ad solos Christianos & fideles directâ videntur, non vero ad infideles & paganos, præsertim cum statim subiungat, *inducat presbiteros Ecclesie*. Unctio ergo illa quæ utebantur Discipuli Marci 6. non erat Sacramentalis, sicut Ioannis Baptismus figura erat Baptismi Christi, ut insinuat Tridentinum sess. 14. cap. 1. de Extrema-Untione: Unctio vero de qua loquitur D. Iacobus est vere Sacramentalis, cum habeat tria ad rationem Sacramenti requisita, esse nimirum symbolum externum, permanentiter institutum, cum promissione gratiæ per illud conferendæ, ut supra ostensum est.

11 Instant Sæctarij: Unctio de qua loquitur D. Iacobus longe diversa est ab ea quæ solet in Ecclesia Romana adhiberi infirmis de vita periclitantibus; requirit enim Iacobus plures Sacerdotes, nos vero unum; tribuit salvationem infirmi orationi, nos vero unctiõni; requirit fidem in eo qui inducitur super ægrotum, docemus autem Sacerdotem etiam hæreticum posse hoc Sacramentum valide administrare; denique loquitur de unctiõne quibuslibet infirmis adhibenda, nostram autem unctiõnem non adhibemus nisi infirmis de quorum morte timetur, ut præscribitur in Florentino: Ergo ex verbis illis D. Jacobi male colligimus unctiõnem quæ in Ecclesia Romana infirmis solet adhiberi, esse verum novæ legis Sacramentum.

12 Respondeo negando Antecedens, & ad illius probationem, in primis dico, Apostolum requirere plures sacerdotes, non ita ut velit pluralitatem eorum esse necessariam ad ministerium unctiõnis de qua loquitur, sed ut indicaret solum eam esse valde decentem propter reverentiam & solemnitate Sacramenti. Secundo dico: Iacobum tribuere & unctiõni & orationi tanquam integro sacramento salvationem infirmi, quod & nos asserimus de nostra, quia oratio in nostra doctrina est forma, unctio vero materia istius sacramenti. Tertiõ, nego quod Apostolus requirat fidem in ministro unctiõnis de qua loquitur, licet enim dicat quod oratio fidei salvabit infirmum, tamen non ob fidem Ministri sic vocat ipsius orationem, sed quia ut est pars sacramenti, magnum fidei mysterium continet; quia solâ fide ejus virtus cognoscitur, & pro solis fidelibus, cum unctiõne cuius est forma, instituta est. Denique licet Apostolus loco citato non determinet quinam debeant esse infirmi quibus administrari oporteat illa unctio, colligitur tamen hæc determinatio non solum ex consuetudine Ecclesiæ; sed etiam ex fine huius remedii supernaturalis, licet minus principalis, qui est sanitas corporalis; ex hoc enim sequitur, illis duntaxat esse applicandum istud sacramentum tanquam remedium supernaturale, qui non obstantibus remediis naturalibus, summo studio & arte adhibitis, infirmi

A sunt, & in periculo vitæ constituti; siquidem isti soli dicuntur ad sanitatem corporalem indigere remedio supernaturali, quale est usus istius Sacramenti.

Obijciunt secundo: Omnia Sacramenta novæ legis immediatè à Christo instituta sunt: Sed Extrema-Untio quæ solet in Ecclesia Romana adhiberi infirmis de vita periclitantibus, non est instituta immediatè à Christo: Ergo non est verum novæ legis Sacramentum. Major est certa, Minorem verò probant sæctarij, ex eo quod apud nullum Evangelistam sit huius Sacramenti mentio, nam unctio illa ægrotum cuius meminit Marcus cap. 6. non fuit Sacramentalis, sed figura tantum huius Sacramenti, ut supra ostensum est: At si hoc Sacramentum fuisset à Christo immediatè institutum, sicut aliorum Sacramentorum, ita & huius mentionem fecissent Evangelistæ; cum enim Sacramenta sint prima fundamenta, & basis cui tota Christiana religio innititur, quàm maxime debuerunt ab Evangelistis narrari. Addunt non posse designari tempus in quo Christus Sacramentum istud instituerit.

Huic argumento respondebant olim quidam antiqui Theologi, negando Majorem; existimabant enim Sacramenta Confirmationis & Extremæ-Untiõnis fuisse ab Apostolis ex Christi commissione instituta. Ita Hugo à S. Victore lib. 2. de Sacram. Magister in 4. dist. 23. Alensis 4. part. quæst. 8. art. 1. D. Bonaventura eadem dist. art. 1. quæst. 2. & alii. Verum post definitionem Tridentinâ hæc sententia erronea est, Concilium enim sess. 7. de Sacramentis in genere can. 1. sic ait, *Si quis dixerit Sacramenta novæ legis non fuisse ordinata à Iesu Christo Domino nostro instituta, &c. anathema sit*, & sess. 14. de Sacramento Extremæ-Untiõnis can. 1. similiter sub pena anathematis damnat eum qui dixerit, Extremam-Untiõnem non esse verè & propriè Sacramentum, à Christo Domino nostro institutum, & à B. Jacobo Apostolo promulgatum. Et quamvis Concilium in definienda hac veritate non utatur particulâ *immediatè*, tamen tum ait, hoc Sacramentum fuisse à B. Jacobo promulgatum, ostendit, non fuisse ab ipso institutum. Nam si ab aliquo Apostolo fuisset institutum, maxime à B. Jacobo, qui solus in sua Canonica huius Sacramenti mentionem facit. Ergo dum hunc Concilium excludit, à fortiori etiam reliquos Apostolos excludere videtur. Ad id, quod, sicut Christus fuit immediatus fundator Ecclesiæ, ita decuit, ut esset immediatus author & institutor omnium Sacramentorum, quæ sunt prima Ecclesiæ fundamenta. De quo fusiùs in Tractatu de Sacramentis in communi. Hæc ergo solutio prætermittitur.

Ad objectionem respondeo, concessâ Majori, negando Minorem; ad ejus verò probationem respondet S. Thomas hic quæst. 29. art. 3. ad 1. quod multa Dominus fecit & dixit quæ in Evangelistis non continentur. Illa enim præcipue curaverunt Evangelistæ tradere, quæ ad necessitatem salutis & Ecclesiæ dispositionem pertinebant, & ideo potius institutionem Baptismi, & Penitentiae, & Eucharistiæ, & Ordinis sacram à Christo narraverunt, quàm Extremæ-Untiõnis, vel Confirmationis, quæ neque sunt de necessitate salutis, neque ad dispositionem sive distinctionem Ecclesiæ pertinent. Multa ergo sunt quæ Christus ore tenus per Apostolos tradidit Ecclesiæ, unde Actor. 1. dicitur quod Christus post resurrectionem per quadra-

gnita dies apparuit Discipulis, & cum eis convalescens locutus est de regno Dei, non triumphantis tantum Ecclesiam, sed potissimum militantis, instruens & erudiens eos de omnibus ad Ecclesiam gubernationem pertinentibus. De quo fusi in Tractatu de virtutibus Theologicis disp. 2. art. 2. ubi de Apostolicis traditionibus egimus.

- 16 Ad id quod addunt Sectarii, nempe non posse designari tempus in quo Christus Sacramentum Extremæ-Unionis instituerit, respondent aliqui, Christum illud instituisse Marci 6. quando Apostolos ad prædicandum misit cum potestate sanandi infirmos per sacram olei unctionem. Hac enim unctione (inquiunt) utebantur Apostoli ex præscripto Christi, non tantum ad salutem corporum, sed præcipue ad salutem animorum, quæ potissimum per hæc miracula à Christo intendebatur. Unde communis Patrum & Theologorum sententia est, Christum nullum sanasse in corpore, quin etiam sanaverit in anima, ut patet de paralytico à Christo sanato in probatica piscina Joan. 5. cui post sanitatem corporis restitutam, dixit: *Ece jam sanus factus es: jam noli amplius peccare, ne deterius tibi contingat.* Idem constat de cæco illuminato Joan. 9. quem postquam Christus corporaliter illuminavit in oculis, spiritualiter illuminavit in mente, dum illum ad credendum in filium Dei induxit. Ita Nugno hic difficult. 2. qui confirmat hanc sententiam ex Tridentino sess. 14. de doctrina Extremæ-Unionis cap. 1. ubi ait hoc Sacramentum, apud Marcum quidem fuisse insinuatum, per Jacobum autem Apostolum & Domini fratrem fidelibus commendatum, ac promulgatum. Hoc enim Sacramentum insinuari, idem sonat ac eius institutionem subindicari.

- 17 Verum hæc sententia non videtur probabilis, quia, ut supra ostendimus, unctio illa qua utebantur Apostoli Marci 6. non erat sacramentalis, tum quia fiebat ab Apostolis antequam essent Sacerdotes, tum etiam quia indiscriminatim omnibus tam fidelibus quam infidelibus applicabatur. Cum verò Tridentinum ait, hoc Sacramentum fuisse apud Marcum insinuatum, solum vult, illud fuisse tunc adumbratum & figuratum, eo modo quo dicitur Baptismus Christi fuisse insinuatus in Baptismo Joannis, quia hic fuit umbra & figura illius.

- 18 Respondent alij, Christum instituisse Sacramentum Extremæ-Unionis in nocte cenæ, quando ordinavit Apostolos in Sacerdotes, qui soli sunt huius Sacramenti ministri. Sed multo probabilius est, non fuisse hoc Sacramentum à Christo institutum ante suam resurrectionem. Tum quia hoc Sacramentum supponit in Ministro potestatem remittendi peccata, quam Christus non contulit Apostolis, nisi post suam resurrectionem, cum nempe illis dixit Joan. 20. *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis.* Tum etiam, quia cum Sacramentum Extremæ-Unionis sit completivum & consummativum Sacramenti penitentiae, eiusque effectus supponat effectum Sacramenti penitentiae, non fuit conveniens quod ante istud institueretur; unde probabilius est, unà cum Sacramento penitentiae, & consequenter ad illud, Sacramentum Extremæ-Unionis fuisse à Christo institutum. Nec refert quod Christus potuerit hoc Sacramentum ante suam passionem instituire, & cum Apostolis dispensare, ut nondum Sacerdotes consecrati hoc Sacramentum ministra-

rent; nulla enim cogit necessitas hanc dispensationem admittendi.

ARTICVLVS II.

Quæ sit materia & forma Sacramenti Extremæ-Unionis?

§. I.

Materia remota huius Sacramenti

- B Dico primo, materiam remotam Sacramenti Extremæ-Unionis esse oleum ab Episcopo benedictum Ita Florentinum in decreto de unionem Armenorum, & Tridentinum sess. 14. cap. 1. de Extremæ-Unionione, constatque ex verbus Iacobi, *Ungetes eum oleo*, quod Florentinum dicit debere esse oleum olivæ, quia oleum propriè simpliciter dictum, quale est illud quod præscribit Apostolus, ex vi vocis, & in communimodo loquendi, significat oleum solum quod ex olivarum bacis exprimitur; sicula aqua naturalis est materia Baptismi, & solum panis vitæ, & vinum de vite, sunt materia Eucharistiæ, quia aqua simpliciter dicta, significat in communimodo loquendi solum naturalem panem, solum panem triticum, & vinum, solum vinum vitæ. Quam aptè verò oleum pro huius Sacramenti materia à Christo assumptum fuerit, eo patet, quod aptissimum est ad significandum varios illius effectus. Oleum enim dolorem mitigat, ægritudinem lenit, hilaritatem affert, rui membrum consiliat, luminis pabulum est, & in Scriptura pinguedinem spiritus & gratiam interius designat. Unde Theophylactus in 6. cap. Marci: *Sicut oleum* (inquit) *& ad labores viam, & lucis fomentum, & hilaritatis est effusum: in & Dei misericordiam, & gratiam Sancti Spiritus, per quam à labore liberamur, & lucem, & gaudium, hilaritatemque spirituales, quam accipimus, significat.*

- Quod verò oleum debeat esse ab Episcopo benedictum, habetur ex traditione Apostolica, ut testatur Beda in cap. 6. Marci, his verbis: *Patet ab ipsis Apostolis huius, sanctæ Ecclesie morem esse traditum, ut emergenti, vii aij quatuor agroti ungerentur oleo, Pentecostali benedictione consecrato* Idem constat ex Epistola Innocentii III. ad Decentium Eugubinum, & ex Concilio Wormatiensi cap. 72. & Aquisgranensi sub Ludovico Pio Imperatore, tit. 2. cap. 8. colliguntur et Nicæno primo can. 69. Arabico, articulo præcedenti relato.

- Ratio etiam suffragatur, cum enim materia Extremæ-Unionis elevari debeat, sicut materia Confirmationis, ad causandum plenitudinem gratiæ (non solum enim gratia quæpius casualiter est composibilis cum peccato, sed etiam collata cum reliquiis, ad quod requiritur aliqua plenitudo) congruum fuit, ut prius ab Episcopo benediceretur & consecraretur, sicut materia Confirmationis. Unde non est eadem ratio de materia Baptismi, ac de materia Extremæ-Unionis. Materia enim Baptismi non debet prius necessario consecrari, tum ob summam huius Sacramenti necessitatem, tum ob defectu consecrantis superfluum, qui privaretur æterna salute: tum etiam, quia ipse semet Christus suo usu & ritu quam sanctificavit, cum in Jordane baptizatus est. Contra vero